



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Tertiò, Deipara imitanda in virginitate purissima, n. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

celsitudinē, & magnificentiam throni perscrutari non possumus, saltem ihe sauros ejus humilitatis interdum perscrutemur, ut deinceps ejus interuenientibus meritis, ad gloriam donorum pertingere valeamus: nam humilissimi cestos reliquarum virtutum est, haec tenus ille. Et hæc satis sint de humilitate Virginis, reliqua enim, quæ ad hanc Deiparae virtutem spectant, fuisse persecuti sumus c. 12. & 21. ubi plures eiusdem actus expenduntur.

Bonavent. Illud tamen minimè omittendum, quod sanctus Bonaventura in Speculo B. Virginis cap. 8. contra eos, qui de bonorum operum fecunditate superbiunt, pulchritù in beatissima Genes. 16. Virgine observat: Legitur, inquit, in Genesi de De bonis o ancilla Sarai, quod conceperisse videns, desperat peribus Dominam suam; Mala ergo ancilla Agar de fœ non super- cunditate inflatur, bona vero ancilla Domini biendum. Maria de humilitate fœcundatur. Ancilla illa superba Dominam desperit, Ancillam illam humilis lem Dominum respexit, sicut ipsa humiliter recognoscens dicit: Resperxit humilitatem ancille sue. O anima Christiana, Domini ancilla, sic cum Maria amplectere fecunditatem, ut nequaquam deserat humilitatem, ut ergo de boni opere fecunditate non infieret, sed magis de humilitate fecunditas, attende humilem ansillam, respice humilem Mariam, hæc Bonaventura.

Augustin. Augustinus de symbolo ad Catechumenos libro 4. cap. 5. cùm ad virginitatem servandam fideles hortaretur: Gaudete, inquit, Virgines sanctæ, ut propter Christum non vos contristis, sterilitas, quorum fides magna est fecunditas. Nec doleatis non vos esse maiores, quia spiritualiter generauit, & mox: imitamini fidèles Mariam Capitū vestri. Quod tanta matri contulerit, & in sua carne seruauit, hoc etiam nobis donauit. Virgo Mater sancta, caro Christi ab omni contagione libera. hæc Augustinus.

TERTIO, DEIPARA IMITANDA in virginitate purissima.

Tertio, imi- **T**ERTIO, virginitas in Deipara maximē randa pu- eluet: de cuius virginitate aliquid c. 21. & ritas Virgi- copiosius egimus capite 32. Hæc virtus multis nis. nominibꝫ à Deipara exigitur ab ijs, qui eiusdem colendæ studio tenentur.

Damasc. Ideo Damascenus oratione 2. de dormitione: Virgo ipsa est, & Virginum amans: Pura est, & Sophron. purorum amans & Sophron. sermonede Assumptione: Christus matrem Virginem elegit, ut ipsa

omnibus esset exemplum castitatis. Ambrosius libro 2. de virginitate: Sit, nobis, inquit, tanquam in Imagine descripta virginis vita, beatæ Mariae, de qua velut in speculo resulget specie castitatis, & forma virinitatis: Propterea Chrysostomus in sermone de beata Virgine: Quacumque, inquit, es tu Virgines, ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conferuerabat. Ideoque qui eius deuotione dedunt, castitatem purissimam animæ, & corporis præcipue colant: sic enim & ipsi, & eorum obsequia Virginis grata erunt Legitur enim in Speculo exemplorum dict. 9. & numer. 26. de Juvene quodam impudico, cui cùm exemplum Virginem frequentissimè collaudaret in vasta quadam solitudine elurient, Virgo sanctissima in vasis turpibus, & immundis epulas obtulit nu a vno delicatas: sed cùm Juvenis propter vasorum immunditiam comedere se posse negaret: Laudes (inquit Virgo) quas mihi offert, bona sunt: sed cor tuum immundum est; Ideo tuis laudibus non delector. Qua visione admonitus resipuit, vitamque meliorem instituit.

QVARTO, DEIPARA IMITANDA in eximio erga Christum amore.

8 Quarto, quod in Virgine imitetur. **A**mor est amor eximus, quo Christum filium est complexa; eum enim non solum concepit, peperit, lactauit, educauit, & cùm in Templo amisiſet, sollicet quantum invenit: Sed etiam in toto vite decursu nunquam deseruit, eique morienti in Cruce, cùm suam ipsius animam doloris gladius pertransiuit, fortiter astitit, ut capite 8. 9. 10. & 11. dictum est. Post filij lucis Ascensionem apud loca illa Christi memoria clara assidue versabatur, illaque crebro, & deuotè obibat.

Nam & in monte Sion, ubi preclarissima nostræ salutis sunt celebrata mysteria, Virgo sanctissima hospitabatur, ibique animam filio reddidit: sic enim scribit Damascenus sermone 2. de dorm. Virg. In diuina, inquit, & inclita Clustate Davidis, in qua lex quidem fuit impleta Prophetarum, pronunciata autem fuit lex spiritus, in qua typicum pascha peregrinatio Christus legislator, & verum pascha, quidam est.